

Thomae de Aquino

Summa theologiae

Prima Pars - Prologus

Quia Catholicae veritatis doctor non solum provecos debet instruere, sed ad eum pertinet etiam incipientes erudire, secundum illud Apostoli I *ad Corinth.* III [1-2], “tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam”; propositum nostrae intentionis in hoc opere est, ea quae ad Christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit ad eruditionem incipientium.

Consideravimus namque huius doctrinae novitios, in his quae a diversis conscripta sunt, plurimum impediri, partim quidem propter multiplicationem inutilium quaestionum, articulorum et argumentorum; partim etiam quia ea quae sunt necessaria talibus ad sciendum, non traduntur secundum ordinem disciplinae, sed secundum quod requirebat librorum expositio, vel secundum quod se praebebat occasio disputandi; partim quidem quia eorundem frequens repetitio et fastidium et confusionem generabat in animis auditorum.

Haec igitur et alia huiusmodi evitare studentes, tentabimus, cum confidentia divini auxilii, ea quae ad sacram doctrinam pertinent, breviter ac dilucide prosequi, secundum quod materia patietur.

I, q. 2, a. 1 prol. [= 1 pars, quaestio 2, articulus 1 prologus]

Quia igitur principalis intentio huius sacrae doctrinae est Dei cognitionem tradere, et non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod est principium rerum et finis earum, et specialiter rationalis creaturae, ut ex dictis est manifestum; ad huius doctrinae expositionem intendentes,

Thomas von Aquin

Summe der Theologie

Erster Teil - Vorwort

Da der Lehrer der katholischen Wahrheit nicht nur die Fortgeschrittenen unterweisen soll, sondern es auch zu seiner Aufgabe gehört, die Anfänger zu unterrichten – gemäß dem Wort des Apostels im *Ersten Brief an die Korinther* (3, 1-2): „wie Kindern in Christus gab ich euch Milch zur Nahrung, nicht feste Speise“ –, so ist es unsere Absicht, in diesem Werk all das, was zur christlichen Religion gehört, in einer Weise darzustellen, wie es der Unterweisung von Anfängern angemessen ist.

Denn wir haben bemerkt, daß die Neulinge dieser Lehre in dem, was von verschiedenen Autoren geschrieben wurde, sich vielfach verstricken: zum Teil aufgrund der Vielfalt unnützer Fragen, Artikel und Argumente; zum Teil auch weil dasjenige, was für sie zu wissen notwendig ist, nicht nach der wissenschaftlichen Ordnung dargeboten wird, sondern so, wie es die Erklärung der betreffenden Bücher verlangte oder so, wie sich gerade die Gelegenheit zur Auseinandersetzung bot; zum Teil schließlich, weil die häufige Wiederholung desselben sowohl Überdruß als auch Verwirrung in den Seelen der Zuhörer erzeugte.

Indem wir uns also bemühen, dieses und anderes dergleichen zu vermeiden, wollen wir es im Vertrauen auf die göttliche Hilfe unternehmen, demjenigen, was zur heiligen Lehre gehört, in Kürze und Klarheit nachzugehen, so wie es der Stoff gestattet.

I, q. 2, a. 1 prol.

Da also die Hauptabsicht dieser heiligen Lehre darin besteht, die Erkenntnis Gottes zu vermitteln, und dies nicht nur im Hinblick darauf, wie er in sich ist, sondern auch, insofern er der Ursprung der Dinge und ihr Ziel ist, und insbesondere des vernünftigen Geschöpfes, wie aus dem Gesagten offenkundig ist, werden wir, indem wir die Darlegung dieser Lehre verfolgen,



- [1] primo tractabimus de Deo;
- [2] secundo, de motu rationalis creaturae in Deum;
- [3] tertio, de Christo, qui, secundum quod homo, via est nobis tendendi in Deum.

Secunda Pars [= Prima Secundae] - Prologus

Quia, sicut Damascenus dicit, homo factus ad imaginem Dei dicitur, secundum quod per imaginem significatur "intellectuale et arbitrio liberum et per se potestativum"¹; postquam praedictum est de exemplari, scilicet de Deo, et de his quae processerunt ex divina potestate secundum eius voluntatem; restat ut consideremus de eius imagine, idest de homine, secundum quod et ipse est suorum operum principium, quasi liberum arbitrium habens et suorum operum potestatem.

I-II q. 1, a. 1 prol.

Ubi primo considerandum occurrit

- [1] de ultimo fine humanae vitae;
- [2] et deinde de his per quae homo ad hunc finem pervenire potest, vel ab eo deviare, ex fine enim oportet accipere rationes eorum quae ordinantur ad finem.

I-II q. 6, a. 1 prol.

Quia igitur ad beatitudinem per actus aliquos necesse est pervenire, oportet consequenter de humanis actibus considerare, ut sciamus quibus actibus perveniatur ad beatitudinem, vel impediatur beatitudinis via. Sed quia operationes et actus circa singularia sunt, ideo omnis operativa scientia in particulari consideratione perficitur. Moralis igitur consideratio quia est humanorum actuum,

- [2.1] primo quidem tradenda est in generali,
- [2.2] secundo vero, in particulari.

¹ Johannes Damascenus, *De fide orthodoxa* l. II c. 12 (PG 94, 920).

- [1] zuerst von Gott handeln [= Ia Pars];
- [2] zweitens von der Bewegung des vernünftigen Geschöpfes zu Gott hin [= IIa Pars];
- [3] drittens von Christus, der als Mensch für uns Weg ist, zu Gott zu streben [= IIIa Pars].

Zweiter Teil [= Erster Teil des zweiten Teils] - Vorwort

Da, wie Johannes von Damaskus sagt, der Mensch auf das Bild Gottes hin geschaffen genannt wird, insofern mit Bild „das Verständhafte und willentlich Freie und durch sich selbst Mächtige“ bezeichnet wird, so bleibt, nachdem vom Vorbild, nämlich von Gott und von jenem, was aus der göttlichen Macht nach seinem Willen hervorgegangen ist, gesprochen wurde, übrig, daß wir sein Bild, das heißt den Menschen betrachten, insofern auch er Ursprung seiner Werke ist, da er sozusagen einen freien Willen hat und Macht über seine Werke.

I-II q. 1, a. 1 prol.

Hierbei ist zuerst,

- [1] das letzte Ziel des menschlichen Lebens zu betrachten;
- [2] und anschließend all das, wodurch der Mensch zu diesem Ziel gelangen oder von ihm abweichen kann. Denn vom Ziel her muß man das Verständnis all dessen entnehmen, was auf das Ziel hingeordnet ist.

I-II q. 6, a. 1 prol.

Da es also notwendig ist, durch bestimmte Tätigkeiten zur Glückseligkeit zu gelangen, ist es folglich nötig, die menschlichen Tätigkeiten zu betrachten, damit wir erkennen, durch welche Tätigkeiten man zur Glückseligkeit gelangt oder der Weg zur Glückseligkeit behindert wird. Aber da die Handlungen und Tätigkeiten das Einzelne betreffen, findet jede praktische Wissenschaft ihre Vollendung in der Betrachtung des Besonderen. Die Morallehre ist also, weil sie die menschlichen Tätigkeiten betrifft,

- [2.1] zuerst im Allgemeinen abzuhandeln [= Ia-IIae],
- [2.2] sodann aber im Besonderen [= IIa-IIae].



Secunda Secundae - Prologus

Post communem considerationem de virtutibus et vitiis et aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est considerare singula in speciali, sermones enim morales universales sunt minus utiles, eo quod actiones in particularibus sunt.

Potest autem aliquid in speciali considerari circa moralia dupliciter, uno modo, ex parte ipsius materiae moralis, puta cum consideratur de hac virtute vel hoc vitio; alio modo, quantum ad speciales status hominum, puta cum consideratur de subditis et praelatis, de activis et contemplativis, vel quibuscumque aliis differentiis hominum.

[1] Primo ergo considerabimus specialiter de his quae pertinent ad omnes hominum status;

[2] secundo vero, specialiter de his quae pertinent ad determinatos status.

Est autem considerandum circa primum quod, si seorsum determinarem de virtutibus, donis, vitiis et praeceptis, oportet idem multoties dicere, qui enim sufficienter vult tractare de hoc praecepto, non moechaberis, necesse habet inquirere de adulterio, quod est quoddam peccatum, cuius etiam cognitio dependet ex cognitione oppositae virtutis. Erit igitur compendiosior et expeditior considerationis via si simul sub eodem tractatu consideratio procedit de virtute et dono sibi correspondente, et vitiis oppositis, et praeceptis affirmativis vel negativis. Erit autem hic considerationis modus conveniens ipsis vitiis secundum propriam speciem, ostensum est enim supra quod vitia et peccata diversificantur specie secundum materiam vel obiectum, non autem secundum alias differentias peccatorum, puta cordis, oris et operis, vel secundum infirmitatem, ignorantiam et malitiam, et alias huiusmodi differentias; est autem eadem materia circa quam et virtus recte operatur et vitia opposita a rectitudine recedunt.

Sic igitur tota materia morali ad considerationem virtutum reducta, omnes virtutes sunt ulterius reducendae ad septem, quarum tres sunt theologicae, de quibus primo est agendum; aliae vero quatuor sunt cardinales, de quibus posterius agetur.

Zweiter Teil des Zweiten Teils - Vorwort

Nach der allgemeinen Betrachtung der Tugenden und Laster und des anderen, was zur Morallehre gehört, ist es nötig, das Einzelne im Besonderen zu betrachten. Allgemeine moralische Erörterungen sind nämlich weniger nützlich, da die Tätigkeiten im Besonderen liegen.

Es kann aber etwas im Besonderen beim Sittlichen zweifach betrachtet werden: zum einen von Seiten der sittlichen Materie selbst, wenn etwa diese bestimmte Tugend oder dieses bestimmte Laster bedacht wird; zum anderen im Hinblick auf die besonderen Stände der Menschen, wenn etwa die Untergebenen und die Vorgesetzten, die Tätigen und die Beschaulichen oder irgendwelche anderen Unterschiede bei den Menschen betrachtet werden.

[1] Zunächst also werden wir in besonderer Weise bedenken, was alle Stände der Menschen angeht;

[2] zweitens aber in besonderer Weise dasjenige, was bestimmten Stände angeht.

Im Hinblick auf das erste aber ist zu bedenken, daß, wenn wir jeweils einzeln von den Tugenden, den Gaben, den Lastern und den Geboten handeln wollten, dasselbe wieder und wieder gesagt werden müßte. Wer nämlich erschöpfend vom Gebot „Du sollst nicht ehebrechen“ handeln will, muß den Ehebruch untersuchen, der eine bestimmte Sünde ist, und dessen Erkenntnis zugleich von der Erkenntnis der ihm entgegengesetzten Tugend abhängt. Der Gang der Betrachtung wird daher kürzer und schneller, wenn die Betrachtung in derselben Abhandlung eine Tugend, die ihr entsprechende Gabe, die ihr entgegengesetzten Laster sowie die gebietenden und verbietenden Geboten behandelt. Diese Weise der Betrachtung wird gerade den Lastern im Hinblick auf ihre eigentümliche Art angemessen sein: denn es wurde oben gezeigt, daß die Laster und Sünden in ihrer Art unterschieden werden nach ihrer Materie oder ihrem Objekt, nicht aber aufgrund anderer Unterschiede innerhalb der Sünden, etwa des Herzens, des Mundes und der Tat, oder nach der Schwäche, der Unkenntnis und der Bosheit und anderer derartiger Unterschiede. Es ist aber dieselbe Materie, im Hinblick auf welche die Tugend richtig handelt und die entgegengesetzten Laster von der Richtigkeit abweichen.

Läßt sich also die gesamte Morallehre auf die Betrachtung der Tugenden zurückführen, so sind alle Tugenden ihrerseits auf sieben zurückzuführen. Drei davon sind die theologischen, von denen zuerst zu handeln ist: die anderen vier sind die Kardinaltugenden, von denen später gehandelt wird.



Virtutum autem intellectualium una quidem est prudentia, quae inter cardinales virtutes continetur et numeratur; ars vero non pertinet ad moralem, quae circa agibilia versatur, cum ars sit recta ratio factibilium, ut supra dictum est; aliae vero tres intellectuales virtutes, scilicet sapientia, intellectus et scientia, communicant etiam in nomine cum donis quibusdam spiritus sancti, unde simul etiam de eis considerabitur in consideratione donorum virtutibus correspondentium. Aliae vero virtutes morales omnes aequaliter reducuntur ad virtutes cardinales, ut ex supradictis patet, unde in consideratione alicuius virtutis cardinalis considerantur etiam omnes virtutes ad eam qualitercumque pertinentes et vitia opposita. Et sic nihil moralium erit praetermissum.

Tertia Pars – Prologus

Quia salvator noster dominus Iesus Christus, teste Angelo, „populum suum salvum faciens a peccatis eorum“ [Mt 1,21], viam veritatis nobis in seipso demonstravit, per quam ad beatitudinem immortalis vitae resurgendo pervenire possimus, necesse est ut, ad consummationem totius theologici negotii, post considerationem ultimi finis humanae vitae et virtutum ac vitiorum, de ipso omnium salvatore ac beneficiis eius humano generi praestitis nostra consideratio subsequatur.

[1] Circa quam, primo considerandum occurrit de ipso salvatore;

[2] secundo, de sacramentis eius, quibus salutem consequimur;

[3] tertio, de fine immortalis vitae, ad quem per ipsum resurgendo pervenimus.

(Lateinischer Text: corpu thomisticum.org |)

Von den verstandhaften Tugenden aber ist eine die Klugheit, die unter den Kardinaltugenden enthalten ist und zu ihnen gezählt wird. Die Kunst(fertigkeit) aber gehört nicht zum Bereich des Moralischen, der es mit den Handlungen zu tun hat, da die Kunst der rechte Begriff des zu Schaffenden ist, wie oben gesagt worden ist. Die anderen drei verstandhaften Tugenden aber, nämlich die Weisheit, die Einsicht und das Wissen, haben auch dem Namen nach mit bestimmten Gaben des Heiligen Geistes etwas gemeinsam, weshalb auch sie in der Betrachtung der den Tugenden entsprechenden Gaben mitbedacht werden. Alle anderen moralischen Tugenden aber gehen irgendwie auf die Kardinaltugenden zurück, wie aus dem Vorhergesagten deutlich ist. Daher werden in der Betrachtung einer Kardinaltugend auch alle anderen wie auch immer zu ihr gehörenden Tugenden sowie die entgegengesetzten Laster mitbedacht. Auf diese Weise wird nichts vom Sittlichen ausgelassen werden.

Dritter Teil - Vorwort

Da unser Erlöser und Herr Jesus Christus, der nach dem Zeugnis des Engels „sein Volk von seinen Sünden erlöst hat“ (Mt 1, 21), uns in sich selbst den Weg der Wahrheit gezeigt hat, durch den wir zur Glückseligkeit des unsterblichen Lebens durch die Auferstehung gelangen können, ist es zur Vollendung des gesamten theologischen Unternehmens nötig, daß sich unsere Betrachtung nach der Behandlung des letzten Zieles des menschlichen Lebens sowie der Tugenden und Laster auf den Erlöser aller als solchen und auf seine dem Menschengeschlecht erwiesenen Gnaden richtet.

[1] Diesbezüglich muß zuerst der Erlöser selbst betrachtet werden;

[2] zweitens seine Sakramente, durch die wir das Heil erlangen;

[3] drittens das Ziel unsterblichen Lebens, zu dem wir durch ihn gelangen, indem wir auferstehen.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)